



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum homo sine gratia possit se præparare ad gratiam habendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

causae primae, vt dicitur in lib. de Causis. Et hoc verum est tam in naturalibus agentibus, quā in volūtatibus. Tamē hoc alio modo habet necessitatē in vtriusq. Operationis. n. naturalis in rebus naturalibus Deus est causa, in quātū dat & cōseruat id, quod est principium naturalis operationis in re, ex quo de necessitate determinata operatio sequitur, sicut dū cōseruat grauitatē in terra, quā est principium motus deorsum. Sed voluntas hominis nō est determinata ad aliquā vnā operationē: sed se habet indifferētē ad multas, & sic quodāmodo est in potētia, nisi mora p aliquod actiūm, vel qd ei exterius representat, sicut est bonum apprehensum, vel qd in ea interius operat, sicut est i. f. Deus, vt August. dicit in lib. de Gratia, & libero arbit. ostendens multipliciter Deū operari in cordibus hominum. Oēs autē exteriores motus a diuina prouidentia moderantur, sicut quod ipse indicat aliquem esse excitandum ad bonum, his vel illis actiōibus: vnde si gratiā Dei velimus dicere nō aliqd habituale donū, sed ipsam misericordiā Dei per quā interius morum mētis operatur, & exteriora ordinat ad hominis salutē, sic nec vllum bonum homo potest facere sine gratia Dei: sed cōter loquentes vtuntur nomine gratiæ pro aliquo dono habituali iustificante. Et sic patet, qd vtæque rationes aliquo modo falsum concludunt, & ideo ad vtraque respondendum est.

AD PRIMVM ergo dicendū, qd illud, qd præcipit Deus, non est impossibile homini ad seruandū, qd & substantiā actus potest ex libe. arbit. seruare, & modum quo eleuatur supra facultatem naturæ, prout scilicet fit ex charitate, potest seruare ex dono gratiæ, quamuis d non ex solo libero arbitrio.

AD SECVNDVM dicendū, qd recte homo corripitur qui præcepta nō implet, qd ex eius negligētia est, qd gratiā nō habet per quā potest seruare mādara quātum ad modum, cum possit nihilominus per liberum arbitrium ea seruare, quātum ad substantiam.

AD TERTIVM dicendū, qd faciendū actū de genere bonorum homo vitat peccatum: quamuis non mereatur præmium. Et ideo licet per liberum arbitrium aliquod peccatum homo possit vitare, non tamen sequitur, quod in bonum meritorium possit per liberum arbitrium solam.

AD QVARTVM dicendū, qd in bonum, quod est connaturale homini, homo potest per liberum arbitrium; sed bonum meritorium est supra naturā eius, vt dictum est.

AD QVINTVM dicendū, qd quāuis in creatura sit similitudo creatoris, non tamen perfecta, hoc. n. solius filij est. Et ideo non oportet, quod quicquid in Deo inuenitur, in creatura inueniatur.

AD SEXTVM dicendū, qd Philosophus loquitur de virtute politica qd ex actibus acquirit, nō autē de virtute infusa, quæ sola est principij actus meritorij.

AD SEPTIMVM dicendū, qd sicut dicit August. in lib. de Natura, & gratia, præcepta Dei intelliguntur esse leuia amori, quæ sunt dura timori. vnde non sequitur, quod ea possit implere perfecte, nisi charitatem habens: non habens autem charitatē et si possit aliquod vnū implere quantum ad substantiā, & cum difficultate, non tamen potest implere omnia, sicut nec omnia peccata vitare.

AD OCTAVVM dicendū, qd et si liberum arbitrium potest seruare rectitudinem habitam, non tamen quando eam non habet.

AD NONVM dicendū, qd liberum arbitriū nō in-

diget ligatione ad hoc quod in bonum meritorium non possit, quia eius naturam excedit, sicut homo etiam si non ligetur, uolare non potest.

Ad ea vero quæ sunt in contrarium, patet solutio, quia vel procedunt de bono meritorio, vel ostendunt quod sine operatione Dei homo nullum bonum facere potest.

ARTICVLVS. XV.

Quoniam homo sine gratia possit se ad gratiam preparare.

Quoniam homo sine gratia se possit preparare ad habendam gratiā. Et uidetur quod sic, quia frustra inducitur homo ad hoc quod facere non potest: sed homo inducitur ad hoc quod se ad gratiam preparet. Zacha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. ergo homo sine gratia se potest ad gratiam preparare.

¶ 2 Præ. Hoc uidetur ex hoc quod habetur Apo. 4. Si quis aperuerit mihi intrabo ad eum. ergo uidetur quod ad hominem pertineat aperire cor suū Deo, quod est se ad gratiam preparare.

¶ 3 Præ. Secundum Anselmū, causa quare aliquis non habet gratiam, non est quia Deus eam nō det, sed quia homo eam non accipit: hoc autem non esset si homo ad gratiam, habendam sine gratia preparare se non possit. ergo homo se potest per liberum arbitrium ad gratiam preparare.

¶ 4 Præ. Ista dicitur. Si uolueritis & audieritis me bona terra comedetis, & ita in uoluntate hominis est ut ad Deum accedat & gratia repleatur.

SED CONTRA, est quod dicit Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater, qui misit me, traxerit illum.

¶ 2 Præ. In Psal. 42. dicitur. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt.

¶ 3 Præ. Orando, a Deo petimus, ut nos ad se conuertat, ut patet in Psal. 84. Conuerte nos Deus salutaris noster: non autem esset necesse, vt homo hoc peteret si per liberum arbit. se preparare ad gratiā possit. ergo uidetur quod sine gratia hoc nō possit.

RESPON. Dicendum, quod quidam dicunt, quod homo non potest se preparare ad gratiam habendam nisi per aliquam gratiam gratis datam. Quod quidem non uidetur esse uerum si per gratiam gratis datam, intelligant aliquod habituale gratiæ donum, duplici ratione. Primo quidem, quia propter hoc ponitur preparatio ad gratiam necessaria, ut ostendatur aliqualis ratio ex parte nostra, ex qua a quibusdam datur gratia gratum faciens, quibusdā nō. Si autem nec ipsa preparatio gratiæ sine aliqua gratia habituali esse potest, aut ista gratia datur omnibus, aut non: si omnibus datur, non uidetur aliud esse quam aliquod naturale donum: nam in nullo inueniuntur omnes homines cōuenire nisi in aliquo naturali. Ipsa autem naturalia gratiæ dici possunt, in quantum nullis præcedentibus meritis homini a Deo dantur. Si autem non omnibus datur, oportebit iterum ad preparationē redire, & eadem ratione aliquam aliam gratiam ponere, & sic in infinitū & ita melius est, ut stet in primo. Secundo, quia preparare ad gratiam alio modo dicitur facere quod in se est sicut consuetum dicit, quod si homo facit quod in se est, Deus dat ei gratiam: hoc autem dicitur in aliquo esse, quod est in potestate eius. vnde si homo per lib. arbit. non potest se ad gratiam preparare, facere quod in se est non erit preparare se ad gratiam. Si autē per gratiam gratis datam intelligat diuinā prouidentia, qua misericorditer homo ad

1.2. q. 109. a. 17

Lib. de case Diaboli c. 3.

ad bonum dirigitur, sic verum est quod sine gratia F
homo non potest se preparare ad habendum gra-
tiam gratum facientem. Quod quidem patet dupli-
ci ratione. Primo quia impossibile est hominem in-
cipere aliquid de nouo, nisi sit aliquid quod ipsum
moueat, sicut patet per Philosophum in 8. Physic.
quod motus animalium post quietem necesse est
precedere alios motus, quibus anima excitatur ad
agendum. Et sic cum homo se ad gratiam incipit
preparare, de nouo uoluntatem suam conuertedo
ad Deum, oportet quod ad hoc inducatur aliquib⁹
exterioribus actionibus, utpote exteriori admoni-
tione, aut corporali aegritudine, aut aliquo huius-
modi, uel aliquo interiori instinctu, secundum quod
Deus in mentibus hominum operatur, uel etiam u-
troque modo: hæc autem omnia ex diuina miseri-
cordia homini prouidentur. Et sic ex diuina miseri-
cordia contingit, quod homo se ad gratiam præ-
paret. Secundo quia non qualiscumque motus uo-
luntatis est sufficiens preparatio ad gratiam, sicut
nec qualiscumque dolor sufficit ad remissionem pec-
cati: sed oportet esse aliquem determinatum mo-
dum. Qui quidem modus homini notus esse non
potest, cum ipsum donum gratiæ cognitionem ho-
minis excedat: non enim potest sciri modus præpa-
rationis ad formam, nisi forma ipsa cognoscatur.
Quandocumq; autem ad aliquid faciendū requiritur
aliquis certus modus operationis ignotus operati,
operas indiget gubernante & dirigente. unde patet
quod liberum arbitrium non potest se ad gratiam
preparare, nisi ad hoc diuinitus dirigat. Et propter
has duas rationes duplici modo loquendi in scrip-
turis Deus exoratur, ut hanc preparationem gratiæ
in nobis operetur. Vno modo petendo quod nos
conuertat, quasi ab eo in quo erramus ad se conuer-
tat, & hoc propter primam rationem, ut cum dicitur,
Conuerte nos Deus salutaris noster. Secundo
petendo, quod nos dirigat, ut cum dicitur, dirige me
in ueritate tua, & hoc propter secundam rationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uidetur no-
bis, quod conuertamus nos ad Deum, quia hoc fa-
cere possumus, sed non sine diuino auxilio: unde ab
eo petimus. Tertio, Conuerte nos Domine
ad te & conuertemur.

AD SECUNDVM dicendū, quod nos aperire cor no-
strum Deo possumus, sed non sine diuino auxilio:
unde ab eo petitur secundo Machabeorū primo,
Aperiat Dominus cor uestrum &c. Et sic dicen-
dum est ad alia, nā nec preparare, nec uelle homo
potest nisi hoc Deus in eo operetur, ut dictum est.

In corp. art.

QVÆSTIO XXV.

De sensualitate.

In septem articulos diuisa.

- ¶ Primo, Vtrum sensualitas sit uis cognitiua, uel ap-
petitiua tantum.
- ¶ Secundo, Vtrum sensualitas sit simplex potentia,
uel diuidatur in plures potentias, scilicet irascibi-
lem & concupiscibilem.
- ¶ Tertio, Vtrum irascibilis & concupiscibilis sit tū-
tum in appetitu superiori uel inferiori.
- ¶ Quarto, Vtrum sensualitas obediat rationi.
- ¶ Quinto, Vtrum in sensualitate possit esse peccatū.
- ¶ Sexto, Vtrum concupiscibilis sit magis corrupta,
& infecta, quam irascibilis.
- ¶ Septimo, Vtrum sensualitas in uita illa curari pos-
sit a corruptione prædicta.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sensualitas sit uis cognitiua, uel appetitiua.
QVÆSTIO est de sensualitate, & primo quaeritur,
vtrum sensualitas sit uis cognitiua, uel ap-
petitiua tantum. Et uidetur quod sit uis cognitiua,
quia ut dicit Magister in secundo Sententiarum, dis-
tinct. 24. quod in Anima nostra reperies aliquid
commune cum bestiis, quod ad sensualitatem per-
tinet: sed uires sensitiuæ cognitiuæ sunt nobis, &
bestiis communes. ergo ad sensualitatem pertinet.
¶ 2 Præter. August. 12. de Trinitate dicit, quod sen-
sualis animæ motus, qui in corporis sensus inter-
ditur, nobis, & pecoribus cōis est, & seclusus a ra-
tione sapientiæ, & hoc exponens subiungit sensu
quippe corporis corporalia sentiuntur, & terra re-
ro, & immutabilia spiritalia ratione sapientiæ in-
liguntur: sed sentire corporalia est cognitiua, er-
go sensualitas, cuius est actus sensualis motus, est uis
cognitiua. Sed dicendum, quod Aug. hoc scribit
git, ut manifestet obiecta sensum: sic enim mo-
tus sensualitatis intenditur in corporis sensus, in
quantum uersatur circa sensibilia.

¶ 3 Sed contra. August. hoc subiungit ad ostendē-
dum, quomodo sensualitas a ratione secludatur:
sed circa corpora, quæ Augustinus dicit esse ob-
iecta sensuum, ratio ueritur, & inferior disponendo,
& superior iudicando, & sic per hoc non secludi-
tur sensualitas a ratione. ergo Augustinus non in-
tendit hoc, quod dicitur.

¶ 4 Præter. In progressu peccati, quod in nobis agit
ut Aug. ibidē dicit, sensualitas tenetur cum sepe-
tis: sepepens autē in tentatione primorū peccati se
habuit, ut nuntiāns, & proponens peccatum, quod
est cognitiua, nō autē appetitiua, quia eius est in
peccatum. ergo sensualitas est uis cognitiua.

¶ 5 Præter. Augustinus dicit in eodem libro, quod
sensualitas uicina est rationi scientiæ, non autem
uicina esset, si esset solum appetitiua, cum ratio
tū sit cognitiua: sic enim ad aliud genus potentia-
rum animæ pertineret. ergo sensualitas est cog-
nitiua, & non tantum appetitiua.

¶ 6 Præter. Sensualitas secundum Augustinum deo-
decimo de Ciuitate Dei distinguitur, & a ratione
superiori, & ab inferiori, in quibus appetitus super-
rior, qui est uoluntas, continetur, alias in eis pecca-
tum mortale esse non possit: sed appetitus inferior
non distinguitur, ut alia potentia ab appetitu super-
riori, ut probabitur. ergo sensualitas non est ap-
petitus inferior, est autem aliqua uis animæ inferior,
ut ex eius definitione apparet. ergo est uis cogniti-
ua inferior. probatio mediæ, differentia per acci-
dens obiectorum non indicat differentiam poten-
tiarum secundum speciem: non enim uitas animalium
per hoc, quod est uidere hominem, & uidere
asinum homo enim, & asinus accidunt uisibili
quantum est uisibile: sed appetibile apprehensum
a sensu, & apprehensum ab intellectu, per quæ ui-
dentur superior, & inferior appetitus distingui,
accidunt appetibili in quantum est appetibile, cum
appetibile in quantum appetibile, sit bonum, cui
accidit apprehendi sensu, uel intellectu. ergo ap-
petitus inferior non est alia potentia a superiori:
sed dicendum, quod duo appetitus prædicti di-
stinguntur per bonum simpliciter, & bonum,
ut punc.

¶ 7 Sed cōtra, sicut se hēt intellectus ad uerū, ita se
habet appetitus ad bonū: sed uerū simpliciter, quā
est